



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Rei Christianae Apvd Iaponios Commentarivs**

**Trigault, Nicolas**

**Avgvstae Vindelicoꝝ, 1615**

Candido Lectori Salutem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68745)



## CANDIDO LECTORI

*Salutem.*

**S**VM à Sinis in Europam maiorū iussu negotiorū causa renauigare, nihil me arbitratus sum Europæ gratius facturum, quàm si rei Christianæ progressus cupidis lectoribus objicerem. Et quoniam ex Sinis & Iaponibus Prouincia nostra conflatur; faciendum mihi putauit, vt expeditionis vtriusq; statum exhiberem. Et Sinensis quidem Ecclesiæ faciem suis vt potui lineamentis spectandam dedi, historiam vniuersam de gentis moribus, rei que Christianæ primordijs libris quinque prosecutus, ad annum vsque millesimum sexcentesium nonum: cuius filum vti continuum facerem, Annales insequentis biennij alio libel-

AD LECTOREM.

libello subiunxi. Nunc de Iaponicis re-  
bus scribo, non quidem historiam vni-  
uersam, quæ apud Iapones, ab vno è no-  
stris conscribitur accuratè, sed cum tri-  
ennij annales mecum detulissim, ex iis  
vnum corpus in commentarij morem  
conflaui, idque magis placuit, quam sin-  
gulos annales legendos dare, ne multa in  
eodem libello sæpius repeterentur. Ita-  
que sexcentissimi noni, decimi, vndeci-  
mi, res gestas habes, continua narratio-  
ne per singula domicilia descriptas: Quod  
tamen clarius intelligas quomoda res quæq;  
anno gesta sit, volui grandioribus nume-  
ris ad initium certorum §§ annum de-  
signare. Et quoniam anni quoque duo-  
decimi rerum gestarum compendium  
nactus sum, addidi ad commentarios  
appendicem, ad cuius proæmium te re-  
mitto, interim lege & frueri, tuisque  
precibus eos adiuua, qui portant pon-  
dus diei & æstus in Domini vinea ex-  
colenda.

FACVL-